Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



77
69

misericordiam suam abscondit: a generatione in generationem. Aut obliuiscetur miseri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas. Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextere excelsi. Memor fui operum dni: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis: et in adinuentionibus tuis exercebor. Deus in sancto via tua: quis deus magnus sicut deus nr: tu es deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo plebem tuam filios iacob et ioseph. Viderunt te aque deus: viderunt te aque et timuerunt: et turbate sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes. Etenim sagitte tue transierunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tue orbi terre: commota et contremuit terra. In ma